



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 92. Strozzi Cardinalis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

situs, quod sui Ordinis Magisterium nun- Sæcul. XVI.  
quam dimittebat vulgo Claravallenis A.C. 1571.  
Cardinalis dictus. Tandem Romæ fe-  
ria sexta die vigesima tertia Octobris an-  
nos natus sexaginta tres decepsit, se-  
pultusque fuit in Ecclesia sanctæ Crucis  
in Jerusalem.

§. XCII.

*Strozzi Cardinalis mors.*

Larentii Strozzi Florentini Parentes *Ciacon.*  
erant Philippus Strozzius, & Cla- *fug. 856.*  
rices Medicæa Leonis X. neptis, ejus *Aubery l.c.*  
vero frater fuit Petrus Strozzius Mare- *Ferd. Ughel*  
scallus Franciæ: ceterum hic Cardinalis *in addit. ad*  
*Ciacon.*  
natus est Florentiæ die tertia Decembris  
anno Salutis millesimo quingentesimo  
vigesimo tertio, ac sub Benedicti Var-  
chii illius ævi doctissimi viri disciplina  
humaniores literas didicit: Patavii au-  
tem adhuc adolescens Jurisprudentiæ  
operam dedit: cum vero ad forenses  
strepitus animum minus propensum sen-  
tiret, in Gallias contendit, ubi pluri-  
bus in regio exercitu officiis honoratus  
per suam prudentiam, animique forti-  
tudinem ingentem sibi famam compa-  
rabat. Postea Narbonensi Provinciæ  
Henrici II. Francorum Regis nomine  
præfuit, ubi multa hæreticorum oppida  
sat munita, animi robore, ac virtute  
maxima expugnavit, & ad Catholicam  
reli-

Sæcul. XVI. religionem reduxit: porro cum ad Ca.  
A.C. 1571. tharinæ Mediceæ Galliarum Reginæ,  
suæque consobrinæ monitiones Ecclesiasticæ vitæ nomen dedisset, ab eodem  
Henrico Rege, in provincia primum  
Regis Procurator, necnon S. Victoris Ma-  
filiensis, & S. Mariæ de Stafarda in  
Marchia Salutiarum, ditissimarum Ab-  
batiarum Commendator nominatus  
est, & mox Bitterensis Episcopus designatus,  
regimen illius Ecclesiæ obtinuit  
die vigesima secunda Februarii anni mil-  
lesimi quingentesimi quadragesimi octa-  
vi: Regius deinde consiliarius, & S.R.  
E. Presbyter Cardinalis petente Rege  
a Paulo IV. Mense Martio anno millesi-  
mo quingentesimo septimo absens re-  
nuntiatus ad urbem venit, ac die vige-  
sima Septembris ejusdem anni Cardi-  
nalatus insignia, ac titulum S. Balbi-  
næ accepit. In Galliam postea rever-  
sus hæreticorum vires consilio, & pru-  
dentia sua unacum Rege non parum de-  
bellavit, atque Episcopatum Albensem,  
Ludovico Guisio Cardinale cedente ob-  
tinuit mense Septembri anno millesimo  
quingentesimo sexagesimo primo, ex  
quo ad Archiepiscopatum Aquensem an-  
no millesimo quingentesimo sexagesimo  
sesto translatus est.

Demum quinto post anno decima  
quarta Decembris die Anno a Virginis  
partu

partu millesimo quingentesimo septua- *Sæcul. XVI.*  
gesimo primo nonnisi quadraginta octo *A.C. 1571.*  
annos natus Avenione mortalitatem  
exuit, atque in Ecclesia sancti Agricolæ  
sepultus fuit.

§. XCIII.

*Claudii Espencæi Doctoris extrema.*

Hoc item anno die quinta Octobris *Thuan. l. 50.*  
Claudius Espencæus Parisiensis in *Spond. n. 36.*  
Navarrico Collegio Doctor vivis eruptus *Dupin Bibl.*  
est. Natus is erat Anno Christi mille- *des Auth.*  
fimo quingentesimo undecimo Catalau- *Eccl. t. 16.*  
ni ex nobili, & paretusta familia, nam *pag. 104.*  
materno genere ex illustri in Italia Ur- *Sanmarth.*  
sinorum prosapia ortum duxit: verum *elog. l. 2.*  
non modo nativitatis prærogativa cla- *Mirœus de*  
rus, sed longe magis sua pietate, can- *Script. Ec-*  
dore, ac profunda eruditione celebris  
evasit, nam in Calviensi Gymnasio,  
quod hodiecum quadam illius parte ad  
Sorbonici Collegii fabricam revocata  
non amplius exstat, humanioribus li-  
teris, Philosophicis autem in Bellova-  
censi, ac denique Theologicis discipli-  
nis in Navarrensi Collegio operam na-  
vabat, ubi quinque annos commora-  
tus, & postea in Universitatis Recto-  
rem electus nonnisi trigesimo primo æ-  
tatis suæ anno Doctoratus honores con-  
secutus est: porro dein a Cardinale Lo-  
tharingio, cui hujus Viri merita sat  
per-